

351

I N D I C E S

352

ster resplendat. IV. col. 1219. Quid significat quod dicitur iob. nunquam capies leuiatan hamo. V. col. 1225. Similitudo denarii et doctoris. Pro patris sententia rectius patrum sapientia. VI. col. 1217. Quid significat quod percussit ioab abner in inguine. et mortuus est abner. Pro et pater illos lege et deus illos. VII. col. 1213. Quid significat sacrificium abrahe quando uoluit immolare filium suum.

VIII. col. 1217. Quid significat quod ter uocatus est samuel. Pro audiret rectius audisset. IX. col. 1229. Quare per XL. dies celebratur pascha. Pro actis — diebus contra Codicem et Edita lego octo — diebus. X. col. 1214. Quid significat quod dixit ysaac ad iacob. ecce odor filii mei sicut odor agri pleni. Edita hiant. Repone e Codice:

Pocula doctrine, flos uue, lilia castos,
Martirium rosa, flos uirole que serpit in imo &c.

Item pro Sparsus jam credit, lege, Jam sparsus credat. XI. col. 1212. Quid significat arcus in nubibus. Versu secundo abrumpitur. Alia Hildeberti Carmina dedimus Codd. aliis, ut ex Indice liquet.

CXXXIII. VI. A. 10.

exaratus Exemplum Nonum est Metricae Paraphraseos Bibliorum five Aurorae Petri de Riga et quidem cum interpolationibus Aegidii Parisini, quae ad exitus Versuum lineola inter duo puncta manifestantur. Exempli huius Πελολεγόμενα sunt: Index Capitum Aurorae usque ad L. Ruth tribus col. descriptus. Distichon:

Cod. 817 655 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 191. 4. fat nitide

Scire cupis lector quis carminis (adject. Codicis) istius auctor.
Petris riga uocor cui christus petra rigat cor.

Prologus illius, qui hunc librum correxit (i. e. Aegidii) et supplementationes de suo apposuit. et ubicunque inuenitur obelus inter duos punctos per totum librum. ibi sunt

dicta et uersus illius. &c. Versus cuiusdam canonici de sancto martino premonstratensis ordinis. Illi uidelicet in Operis commendationem:

Stringere pauca libet bona carminis huius. et ipsum
Laude uel exili magnificare librum &c.

Pro-

353

HERMENEUTICI.

354

Prologus alter, qui incipit: *Omnis scriptura diuinitus inspirata* &c. Autor tacetur, nisi is *Aegidius*

fit, aut *Canonicus* paullo ante memoratus. Disticha illa VIII. quorum initium:

*Scire cupis lector quis Codicis istius auctor.
Audi quid breuiter dicat ad ista liber. &c.*

Prologus *Petri* metricus ille:

Initium mundi quales ab origine prima &c.

in quo quaedam rectius leguntur, quam in *Leyseri Hist. Poet. med. aevi* p. 701. Prologus *Petri* pro-

saicus: *Frequens Sodalium meorum petitio* &c. Hexastichon illud Summarii instar:

Primo facta die duo celum terra leguntur &c.

Et nunc demum *Pentateuchus* ingreditur, qui variis locis Argumenta quaedam hermeneutica stilo soluto praefixa habet. Sequitur *Josue, L. Judicum, Ruth, LL. Regum, Tobias, Daniel, Judith, Esther, Machabaei, tandem Re-*

capitulationes veteris testamenti et primum quidem Versus sine A. &c. Absunt igitur Job et Cantica. De Novo Testamento sola adest Historia Evangelica, quae infit: Post legem veterem respira petre &c. et finit:

*Hec loquitur de fine ihesus. libroque matheus
Dat finem. petrus finit et ipse suum.*

At, quod singulare habet hic *Codex*, est *Rhythmus* Stropharum XXXV. a manu aliquantum recentiore infertus inter utrumque

Testamentum fol. 139. p. 2. qui Salutis humanae *Οικονομια* enarrat, suo in genere non inconcinus. Ingreditur is hoc modo:

*Viri venerabiles. viri litterati.
Hostes iniusticie. legibus armati.
Vestre non sufficio sarcine mandati.
Nec adire grandia licet parvitati.*

*Verbi ministerium mihi credidistis.
Quibus est sollepnitas in diebus istis.
Erubescit facies. animus est tristis.
Factus sum inspiens. Vos me coegistis. &c.*

355

C O D I C E S

356

Perorat vero fic:

*Supplicemus interim gratie diuine.**Quam humane credimus summam medicine.**Vt expertes faciat ultime ruine.**Vtque salus omnibus hic sit et in fine.*

CXXXIV. VII. 14.

853 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 184. 8. bene scriptus et rubricis enotatus inscribitur: *Incipit prologus in excerptum de Aurora.* Est igitur Com-

pendium *Bibliorum metricorum Petri de Riga*, quae jam IX. ipfis *Codicibus* repraesentavimus. E *Παρεργαίς*, quae ibi praecedere solent, hic solum illud *Decastichon* habetur, quod incipit:

*Nil homini melius, quam si diuina legendo
Figat ibi mentem. quo sibi uita uenit &c.*

Tum: *Explicit prologus. Incipit Genesis.*

Primo facta die duo celum terra leguntur &c.

et excerptis folis *Libris* historicis subditur: *Explicit Aurora de ueteri testamento.*

Fol. 171. Incipit accessus in auroram de nouo Testamento.

*Lux ewangelij sit lumen carminis. ex hac
Materia texam carmen opusque meum &c.*

et decursis 9. *Distichis Incipit historia ewangelica.*

Claruit herode ius regis agente sacerdos &c.

Finis:

Discipulis uisus cognitus astra petit.

Margines Summariis miniatis confiti sunt. Ut semel dicam, e collatis tot et tam diversis *Aurorae* Exemplis Poema istud integerrimum et perfectissimum e Bibliotheca nostra Palatina emergere possit.

num et perfectissimum e Bibliotheca nostra Palatina emergere possit.